Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26088
Copyright: Admont, Benediktinerstift

placeat cui se probauit. Et mouerunt castra & collocauerunt ad au
strum amaü. Recte exercitus iude ad austrum ammaü castra collo
care dicuntur. quia milites xpi cü contra hostes suos pliari
disponunt calore fidei magis se armare q; frigore infidelita
tis torpere eligunt. Et ait iudas. Accingimini & estote filii
potentes & estote parati in mane ut pugnetis aduersus nationes
has q; conuenerunt disperdere nos & sca nra. quo melius est nos mori
in bello q; uide mala gentis nre & scorum. Sic aü fuerit uoluntas
in celo sic fiat. Talis debet esse doctrina scorum pdicatorum talisq;
exhortatio. ut incitent auditores suos. roborentq; corda illorum
ad resistendum diabolo & exercitui eius. spem quoq; victorie soli deo
committant. Et assumpsit gorgias quinq; milia uirorum & mille
equites electos & mouerunt castra nocte. ut applicarent ad castra
iudeorum & percuterent eos subito. Gorgias quinq; milia in exer
citü suum assumit. cü diabolus carnales quinq; sensibus corporis
deditos illecebra uoluptatü sibi adunare contendit. Mille equites
secü tollit cü omne bellum suum in superbia & contemptu mandatorum
dei agere disponit. quem contrarie parti in hoc agmina superet
cü eos pauaricari precepta dei persuadet. Intrauü enim omnis peccati
superbia est. ubi auctor mortis sibi ac sequacibus eius inuenit ruinam.
Et bene dr quod nocte pmouerit castra. quia tota in equitia sua p
cecitate mentis in subiecti explere concupiscit ut nullomodo
puideant qui sibi ruina ex consensu peccati imineat. Et filii
q erant ex arce erant illi duces. Arx hic in altitudine uirtutum
si; excellentia uane gloie significat. Illi enim peccatoribus du
catü prebent qui in superbia se erigere audent. Possunt & ma
ligni spc in hi ducibus aduersi. qui ad eius partem pertinent qui
dixe. In celum ascendam & ponam solium meum ad aquilonem. & ero